



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Defensor Redivivus Seu De Sacrae Consistorialis Aulae
Advocatorvm Origine, ac Munere**

**De Rossi, Giuseppe Ortensio
De Rossi, Giacomo Gregorio**

Romae, 1657

2 Quid decreuerit D. Gregorius pro Defensoribus Regionarijs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10678

PRIMVM. 7

Pontificatus eiusdem Nono, &
Mauritij Cæfaris Tertio ; Ex * 2
pluribus enim Defensoribus, qui
tunc Romæ erant, ille septem
selegit, quos Regionarios nun-
cupauit à septem Regionibus
Vrbis, in earum singulas eos di-
stribuens, quorum primum di-
xit Primicerium Defensorum,
ut legitur in eius Epistola ad Bo-
nifacium Primum Defensorem
Data anno prædicto mense Mar-
tio, indictione prima, inter im-
pressas lib. 7. cap. 17. *Epistola 17.*
tenoris infrascripti .

*Ecclesiasticis utilitatibus fide-
liter insudantes congruae remune-
rationis sunt beneficio prosequen-
di, ut & Nas respondere eorum
digne obsequijs videamur, & Illi*

A 4 ex

ex indulta consolationis gratia u-
tiliores existant: Quia igitur De-
fensorum Officium in causis Ec-
clesiae, & obsequijs noscitur la-
borare Pontificum, hac eos con-
cessa prospexitus recompensatio-
nis prærogatiua gaudere, Consti-
tuentes, sicut in schola Notario-
rum, atque Subdiaconorum per
indultam longè retrò Pontificum
larginatatem sunt Regionarij con-
stituti; Ita quoque in Defensori-
bus septem, qui ostensa suæ ex-
perientiæ utilitate placuerint, ho-
nore Regionario decorentur, quos
quolibet per absentiam Pontificis,
& sedendi in Conuentu Clerico-
rum habere licentiam, & honoris
sui priuilegia in omnibus statui-
mus obtainere. Præterea si quis
ad

PRIMVM. 09

ad Prioris locum veniens, in alia
fortasse Prouincia propter utilita-
tem propriam degit, tunc necesse
est Primatus loco per omnia cura-
re, ut ille Prior Defensorum om-
nium possit existere, qui, & ante
Prioratus locum in Ecclesiasticis
utilitatibus, & obsequijs Ponti-
ficium non desinit per sedulam
præsentiam permanere. Hæc ita-
que Constitutionis nostræ decreta,
quæ pro Defensorum sunt priui-
legijs, & ordinatione disposita,
perpetua stabilitate, & sine ali-
qua constituimus refragatione ser-
uari, siue quæ scripto decreuimus,
seu quæ in eis in nostra præsen-
tia videntur esse disposita: Nec
à quoquam Pontificum, in totum,
partimue, ea qualibet occasione

con-

10 . CAPVT

conuelli decernimus , vel mutari ;
Nam nimis est asperum , & præ-
cipue bonis Sacerdotum moribus
inimicum , nisi quempiam qua-
cunque rationis excusatione , &
quæ bene sunt ordinata rescin-
dere , & exemplo suo docere , cæ-
teros sua quandoque post se con-
stituta dissoluere .

Huius quoque Epistolæ , ac
Institutionis meminit Baronius
Annal. tom. 8. pag. 118. vers.
hoc pariter anno . Ioannes Dia-
conus in vita eiusdem Gregorij
lib. 2. cap. 1. n. 20. Onuphrius
Panuinus in tract. Interpretatio-
nis *Vocum obscurarum Ecclesia-*
sticarum impresso post Platinam
De Vitis Pontificum . V. Primi-
cerius Defensorum pag. mihi 82.

&

PRIMVM. xx

& Iacobus Gretzerus in Com-
mentarijs ad Codinum De officijs,
⁊ officialibus Magnæ Ecclesiæ
Constantinopolitanae lib. 1. cap. 5.
num. 3.

Formula * vero constituendi 3
Defensorem talis erat.

Ecclesiastice utilitatis intuitu
id in nostro sedet arbitrio, ut si
nulli conditioni, vel corpori te-
neris obnoxius, nec fuisti Cleri-
cus alterius Ciuitatis, aut in nul-
lo tibi Canonum obuiant statuta,
Officium Ecclesiæ Defensorum ac-
cipias, ut quidquid pro paupe-
rum commodis tibi à Nobis iniun-
ctum fuerit incorruptè, ⁊ viua-
citer exequaris: Vsurus hoc pri-
uilegio, quod in te habita delibe-
ratione contulimus, ut omnibus,

qua